

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 9329

**Auteur(s)** : Philippe, Rennes (évêque)

**Bénéficiaire(s)** : Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : [1178-1181]

**Lieu d'émission** : Rennes

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Philippe évêque de Rennes confirme l'accord entre l'abbaye de Savigny et Renaud de La Motte à propos de la terre de La Téaudière.

## Tableau de la tradition

### Original

A. Paris, Arch. Nat., L 976, n° 1141.

## Dissertation critique

Transcription : Claude Groud-Cordray (Cartulaire de l'abbaye de Savigny ou Liber cartarum domus Savigneii, episcopatu Redonensi, n° XCI)

Texte d'après A

Universis fidelibus ad quos littere iste pervenerit Philippus Dei gracia Redonensis episcopus eternam salutem. Notum vobis fieri volumus quod controversia que inter dilectos fratres nostros monachos Savigneii et Raginaldum de Mota ejusque filium nomine Gaufridum super quodam terra de Tealderia versabatur, tali modo coram nobis ad concordiam redacta est. Illius itaque partis terre quam dictus Raginaldus et Gaufridus filius ejus adversus monachos calumniabantur unam medietatem eis monachis dimiserunt et concesserunt, alteram autem medietatem pacifice possidebunt. Raginaldus vero et heredes ipsius VI denarios pro sua medietate annuatim de recognitione monachis reddent et si quid in Tealderia juste acquirere poterunt, unam illius acquisitionis medietatem monachi habebunt. Concesserunt etiam predicti Raginaldus et Gaufridus filius ejus ut quicquid in ipsorum feodo monachi legitime acquirere poterunt, acquirant et habeant bene et in pace sine calumnia eorum omnique obstaculo et reclamatione, salvo tamen jure ipsius Raginaldi et heredum ejus. Concesserunt insuper et pacifice dimiserunt. Raginaldus et Gaufridus filius ejus quicquid calumniabantur adversus monachos in terra illa quam ipsi monachi habent de Raginaldo de Sancto Melanio et de Babino Morant. Prefatis itaque calumniis penitus abrenunciaverunt ipse Raginaldus et G. filius ejus atque concordiam istam firmiterque se servaturos in manu Bertranni Salnerii capellani Sancti Germani Redonensis fide firmaverunt. Actum Redonis testibus istis Raginaldo de Odon canonico Redonensi, Joscio decano Redonensi, Maloinfanti decano Guirchie, Bertranno Salnerio, magistro Willelmo de Vira, Gabillart de Savigneio, Alano filio Sarracene, Eudone preposito de Bruz et monachis Clarimontis Ruelleno, Gervasio et Raginaldo monachi vero Savigneii Galtero et Jacobo.